

Scorpionum venenum et *Tarantulæ* tu melius novisti.

Seps vester vix crit Coluber, fortè *Lacerta*, nec veterum *Seps*. Utinàm eundem ad me mitteres in spiritu vini asservatum!

Aspis vester nequit esse verus veterum. Fortè est iste vulgatissimus Hispaniæ, qui, Coluber scutis abdominis 142, squamis caud. 52. *Amæn. Acad.*, 1, p. 506, t. 17, f. 2, qui in naso gerit verrucam erectam. Fortè veterum *Ammodytes*.

Natrix absolutè caret telis mobilibus, adèoque nequit esse venenatus.

Urina *Lacertæ*, *Gecko* dictæ, fertur esse adèò venenata, ut corrumpat ipsum ferrum, et si in corpus cadat, horrendam inflammationem caussare.

Scolopendra Indica necessariò erit venenata. Quæ, *Scolopendra plana*. *Amæn. Acad.* 1, p. 525, ubi synonyma, descriptio. Ut hanc evitent Indi, pedes lecti è ferro polito, ignis per totam noctem.

Chamæleontis non occidit morsus, sed torquet per dimidium sæpè annum, ex testimoniis peregrinatorum.

Seba * habet egregiam collectionnem et pulcher-

* SEBA nous est connu par les travaux et la mort d'Artéfi. Né à Cetzel (Ost-Frise), 1665-1756, il s'établit à Amsterdam comme phar-